

tur, sed posteriore dimidio situ paene consumtus est. Init L. I. *De causa dei contra pelagium et de virtute causarum domini thome de wawardin doctoris profundi Cantuarien. Archiepiscopi. Magnorum ac multorum petitionibus ac repetitionibus cumulatim incessanter sollicitor &c.* Praefatio haec est; O-

*Finito libro sit laus et gloria christo.*

*Visum scribentis benedic deus atque legentis.*

*Nomen scriptoris si tu cognoscere velis,*

*Ste tibi sit primum, medium phanus sit in ymum.*

Anno domini M<sup>o</sup>. CCC. LXXXI<sup>o</sup>. obiit Mater scribentis illum librum nomine *Margareta* &c. et tunc currebat annus tricesimus scribentis a tempore natiuitatis suae. Gessit deinceps Vir hic Parochus in *Atzpach* et S. *Stephani* Canonicus a. 1391. et 1397. fascis Academicos. Sequitur mox Operis nostri *Liber II.* verum quo profundius intras Codicem, crebrescunt deferta et inhospita tesqua.

## DCXIX.

U. 468 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 164. f. per duas columnas exaratus et rubricis distinctus est Exemplar tertium Operis mox relati, integrum, et quod ad calcem ita habet: *Explicit istud opus de causa (Dei) contra pelagium et de uirtute causarum (et de) virtute Dei cause causarum scriptum wienne Anno a natiuitate domini &c. (14)74. 13<sup>o</sup> Junij et 7<sup>a</sup> lunacione Mai et hora 20<sup>a</sup> finitum per manus Johannis.*

*Denis Codd. Theol. V. II. P. II.*

pus vero ipsum sic inchoat: *In primis supponatur quod deus est summe perfectus et bonus &c.* ut in Edit. *suprac.* nisi quod utraque absit ad *Mertonenses Epistola.* Ad calcem: *Explicit primus liber huius summe per manus Stephani de enczestorf a<sup>o</sup>* (fortasse *Austriaci*)

## DCXX.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. R. 322

Folior. 25. f. currente calamo exaratus maximam partem ad *Acta Job. Capistrani O. M.* in *Germania* pertinet, et exhibet 1) ejus Literas ad *Academiam Viennensem* datas *Znoyma 24. Sept. 1451.* hujus initii: *Nolo vos admirari clarissimi Virique celeberrimi diuturnum silentium meum &c.* Optat, ut locus habendi cum *Rokyzana* et *Bohemis* de *Fidei negotio Colloquii* a Rege *Ladislao* designetur, intersintque *delecti* ex *Academia Theologi*, nec obscure innuit, *Viennam* sibi *praeplacere.* Nullibi harum *Literarum* mentionem reperio. *Waddingus* in *Annalib. Minor. T. XII.* ad an. 1451. ne quidem *Znoymae* meminit.

2) Literas *Job. Rokyzanae* ad *Capistranum* absque notis chronol. Ineunt: *Salutem et salutis opera facere et docere. Obsecro te frater religiose in christo dilecte &c.* Editae sunt ab *Amando Hermann*

S

in